Et vix unquam miserebitur hominis à tam pestifera furia morsu
vulnerati? quod tamen venenum non, ut cetera qualiacunque hominem
solum e medio tollit, sed ratione corrupta, et in bestiam et in
caninam quidem amentiam permutata emori cogit, unde ni-
hil verenum aliud timendum, canis morsu verò quàm maximè
iudico, ex homine .n. in bestiam mutari ah quàm detestan-
da metamorphosis! et certè permutat quisquis morsu laeditur canis
ratio .n. tollitur, et ratio hominem probat; Dolendum itaque tandem fo-
re canem, qui non nobilissima vitae parte aufert, non ipsa duntaxat
mortem infert, sed ipsam, qua Diis non inferiores censemini, ipsam in
quam rationem foedè corrumpit; Ne illis itaque vestros Dies, ve-
strasque fortunas, vos ipsos creditis mortales? si namque hominem fie-
dum satis quis dubitat, licet inermem declinat tamen, in nullo nec
verbo nec opere in se illius apparuerit vel odium, vel invidia,
vel perfidia, declinat tamen, quippe suspicio etiam ab amico fidelissi-
mo tanquam hoste perfidissimo sibi timere facit, ab amico igitur
vana suspicione illusus sibi timet, et a bestia, quae in multis no-
cuisse, imo omnibus nocendi promptissima cur non caveat? cur in
pernicies suam foveat? vel saltem cum periculo vitae suae, ut rati-
onis propriae eam securam discurrere sinat? Quid, si hoc non stul-
titia dicenda? malle minirum retinere canem cum damno pecu-
niae, quam omnes velut Reginam omnium rerum suspiciunt, venerantur,
amantque, malle retinere canem cum periculo vitae corporis et
animae, quàm tam inquirenti carere monstro sine damno, imò vero
cum lucro saltem absque periculo. Sed è terris ad sydera oculos pau-
lisper tollens, et quidquid inveniens de cane denominatum, pesti-
lens

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 246v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/246v)